

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 12: De predicatoribus (3)

### **Abundant tabernacula praedonum.**

Ostendit nihil esse praesentis vitae diuitias.

quas abundare reprobis dicit. qui deum audacter prouocant.

qui plerumque eo magis contra deum superbiunt

quo ab eius largitate et contra meritum ditantur.

Possunt praedones appellari qui dum loquuntur

quae non faciunt in locutione verba iustorum tollunt.

*Glossa ordinaria, liber Iob, 12* (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Unde Gregorius:

Possunt predones appellari qui dum loquuntur

que non faciunt in locutione verba iustorum tollunt.

Qui etiam praedones non immerito uocantur, quia dum loquuntur

quae non faciunt, in usu locutionis suae uerba iustorum tollunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 11.2 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.587, ll.51-53).